

*Christus
pro omni-
bus pecca-
tis semel
satnfecit.*

*PAX &
gaudium
justificato-
rum.*

summa.

*Typi Chri-
sti.)*

CAPUT QUARTUM

IV. Amoturus iniquitatem die uno] *Christus
semel passus est, & unica oblatione in perpetuum consummavit
eos, qui sanctificantur. Rom. 6, 9. Joh. 19, 30. Hebr. 9, 25. & 10,
14. 1. Petr. 3, 18. quorsum igitur pontificiorum supervacanea
addicamenta merito Christi assuta?*

Ex versu 10.]

Die illo vocabitis quisq; amicum suum] *Justificati:
fide pacem habent apud Deum per Dominum nostrum Jesum
Christum Rom. 5, 1. Non enim est regnum Dei cibas aut po-
tus (quorum tamen sub imagine gaudium & dulcedo illius ad-
umbratur Matth. 8, 11. Apoc. 2, 17.) sed justitia, & pax & gau-
dium in Spiritu Sancto Rom. 14, 17. Est enim opus justitiae
pax, effectus, inquam, justitiae tranquillitas & securitas
usq; in seculum Esa 32, 17. 18. confer Jerem. 23, 6. & 33, 16. &
Calvinum lib. 3, Institut. c. 13, sect. 4. & 5.*

CAPUT QUARTUM.

Argumentum.

Summa hujus visionis est, quæ vers. 6. diserte ponitur;
Ecclesiam (cuius typus erat templum & urbs Ierofo-
lymorum, & quo omnia tandem velut ad antitypum
referuntur, sicut etiam Zerubbabel, in hoc capite, ue-
llofina sacerdos maximus cap. præced. est typus venturi
Messiae, quemadmodum declaratum est Haggæi cap. 2.
vers. ult. & proinde quæcunque his aut de his dicuntur, po-
tissimum in Christo suum habent complementum) non
constitui, neque gubernari, neque sustentari ordinarijs natu-
ra medijs, aut hominum consilijs, sed Dei potentia, virtute
ac spio-